

Hoc quidquid est,
monumenti, memoriæ et
honori viri, dum ... dn.
mag. Magni...

Gezelius, Johannes,

1 Ic 1696 Lundbergius, Magnus



National Library
of Sweden

HOC
quidquid est,
MONUMENTI,
MEMORIÆ ET HONORI

VIRI,

dum vixit,

Admodum Reverendi & Præclarissimi,

Dn. Mag. M A G N I
LUNDBERGII,

Ut pridem

In Scholis Narvensibus *Suecana & Germanica,*

S. S. Theol. LECTORIS dexterrimi,

Regiique, quod ibi est, Consistorii ADSESSORIS æquissimi,

ita postea

Ecclesiarum Neoviens. Suecanæ & Finnon.

annexæque Rectoris PASTORIS vigilantissimi,

Simulque

Districtus *Noteburgensis* PRÆPOSITI gravissimi.

Qui

Natus A. C. 1652. die S. Andrea sacro in Gothia Occidentalis,

Pago Lundby! Neovia 15. Aug. presentis anni placidissime

in Domino obdormivit,

Quaque animam in cœlestem patriam migravit.

Qua corpus a. exanime terra matri ibidem in Templo Suecano

4. Octob. 1696. celebri pompa honorifice commendatus est,

SACRUM VOLUERUNT,



Adsta, Viator, & attende!

lata

Licet non tibi referam,
at non nova tamen,
Mores velim & acta cognoscas,
ut venerere cineres,

VIRI,

Dum IN VIVIS erat,
Pietatis Zelo & Eruditionis gloria,
Reverendi admodum & Praclarissimi,
MAG. MAGNI LUNDBERGII.

Venerabere autem cineres,
Si cognoveris Virtutes,
quæ eluxerunt in Vivo,
Et jam deplorantur in mortuo.

Hospes hic Mundi
in Mundum venit,
non ut in mundo maneret,
sed ut hospitaretur.

Quæsit quidem in solo hospitium,
at non invenit.

Quæsit in caelo,

invenit,

Interea.

Dum in Mundo erat,

Mundum despexit,

Cælum autem suspexit.

Ætatem quidem non longam
multam tamen assecutus est,

In primis annis,

ut ætate succrevit,

ita virtute accrevit,

Inq̄ve probitatis studio studioque
multos longè antecelluit, vicit,

Cum Musis

fideliter & assidue

versatus & conversatus est,

cum

cum *Bonis & probis*,
candide & sincerè.

Sed nec bono Publico invidebat
suam virtutem:

quippe in *amplo* munere,
Doctrinæ puritate, vitæ integritate,
insigniter
excelluit.

Animarum
quas

cœlesti verbi divini pabulo, pavit,

PASTOR fidelissimus, vigilantissimus,

Virtutis ingenuæ exemplar candidissimum.

At nec tamen HIC ad sepulcrum erravit:

nam quisquis ad *vitam* editur,
ad *mortem* destinatur.

Ita tamen
non *mortalis* fuit,
ut *immortalis* esse desierit.

En!
immortalitati jam maturus factus est.

Imo
immaturum in eo, præter obitum, nihil invenies.

maturum ergo Cœlo autumnus hicce inseruit,
Ut

Beatus esset cœlestis *incola*;
Beatior sanctorum in cœlo *conciuis*;
Beatissimusq; *hares* æternitatis.

Ante autem quam abieris,
VIATOR,
attendas velim, quid dicam:

ex
LUNDBERGIO
disce,

Sicut ille vixit, *vivere*:
& sic *mori*,
ut, ut ille vivit, *vivas*!

Ny mycket har jag än 'af Werlden fått beskåda /
Doch seer jag at wid alt förwandling måste låda:
Den grymma Dödzens Hand alt lefwand slår
omkull /

För raskar / förer bort / och gör til swarta Mull.
See / hur han rycker bort den ena med den andra /
Hwar efter annan måst all Werldzens Wäg bortwandra.
Han skonar ingen ting / som Liff och anda har /
Men immer fort bort hån' nu en nu annan drar.
Ett Prof af Slijkt sitt wäld / han nu wår Ggon wår /
Den samma grymma Gåst / ett Hus med Tårar spår.
Bortrykt Ehr kåra Man / kår Moster / och Förswar /
Den som Ehr bästa Wån i sina Dagar war.
Ehr Sorg hon är ful stoor; Men han har mycken fågnad
Och Frögd i Himmelen / där han är i Gudz Hågnad /
En outsäglig Lust och Glädie för Gudz Stool /
Hwijtklädd med Himmelsk Pracht för Lambsens
Nådestool.

Hans Kropp läggs nu här ned at hwjla sig i Jorden /
Hwar af han tagen är / och sammansatt är worden /
Hans Siäl åtniuter Frögd och Lust för utan Taal /
Som oförwanskelig är / i Himlens Glädie Saal.

JOHANNES GEZELIUS
Nepos.

